

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 16. Martini Arragonum Regis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

**Sæcul. XV.** responderet, Nuntium in Hungariam mittere decernit, ibidem Religionis negotia promoturum: hanc vero provinciam demandabat Brandæ de Castellione Mediolanensi, Episcopo Placentino, qui feliciter adeo successu concreditum sibi gesit officium, ut Año sequenti in Cardinalem tit. S. Clementis evehi meruerit. Jam olim ad plura alia negotia expedienda sub Bonifacio IX hujus Praefulsi dexteritas selecta fuerat.

Mariana  
lib. 19.

### §. XVI.

#### *Martini Arragonum Regis obitus.*

Annus iste non modo Alexandro V. & Ruperto Romanorum Regi, qui rebus humanis erepti sunt, fatalis accidit, sed etiam Martinum Arragoniæ Regem ex vivis abstulit. Regis hujus obitus non modicos in Hispania excitavit tumultus. Improlis enim decesserat, & in hoc solo tota posteritatis spes steterat Arragoniæ Regum, quorum familia ex Comitum Barcinonensium stirpe descendens sexcentos annos propagata florebat. Inter plurimos Principes, qui hujus Regni sceptrum ambiebant, haud ultimi erant Fridericus Comes de Luna, Nothus Martini Regis Siciliæ, quem Benedictus XIII ingenuis natalibus restituit; item Ferdinandus

nandus Joannis Castellæ Regis Filius, Sæcul. XV.  
 Ludovicus Dux Andegavensis, Matthæus A.C. 1410.  
 Comes de Fuxo, Alphonsus Dux Gel-  
 driæ, Jacobus Comes Orgelitanus Al-  
 phonsi IV pronepos, & Jacobi, qui Regis  
 Arragoniæ filius erat, Nepos. Cum  
 Martinus fatis eriperetur, Ferdinandus  
 bello adversus Mauros implicabatur, ipse  
 vero sibi proximus ac ceteris æmulis  
 ad regni coronam jus competere ratus,  
 publico instrumento declaravit, se de-  
 functi Regis & Arragoniæ successionem  
 acceptare, licet illa sibi a nemine offerre-  
 tur, eodemque tempore ad Arragonen-  
 sium Optimates suos alegavit Oratores,  
 causam suam ibidem acturos.

## §. XVII.

*Vincentius Ferrerius pro decidenda  
 Martini successione arbiter  
 electus.*

Igitur inter Regni Competitores con- *Idem lib. 20.*  
 ventum est, ut quælibet ex hisce tri-  
 bus Provinciis Arragonia, Catalonia, &  
 Valentia totidem nominaret judices, qui  
 de controversis contendentium juribus  
 deciderent. Omnes illi novem erant  
 Viri prudentia ac probitate spectatissimi.  
 Duo ex tribus illis, quos Provincia Va-  
 lentiæ denominaverat, erant Vincentius

S 5                    Ferre-